

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra k cum fonte primo

Ad dignitatem scripture
pertinet ut sub una littera multos sensus
contineat ut sic diuersis intellectibus
hominum conueniens, unusquisque
miretur se in diuina scriptura posse
inuenire ueritatem quam mente
conceperit; ac per
hoc facilius contra infideles
defenditur, dum si aliquid quod quisque
ex sacra scriptura uelit intelligere,
falsum apparuerit, ad alium sensum
recursum possit habere.

Augustinus ibidem (de uera religione).

Aliud est, ne aliquis ita Scripturam ad
unum sensum cogere velit, quod alios
sensus qui in se ueritatem continent, et
possunt, salva circumstantia litterae,
Scripturae aptari, penitus excludantur;
hoc enim
ad dignitatem diuinae Scripturae
pertinet, ut sub una littera multos sensus
contineat, ut sic et diuersis intellectibus
hominum conueniat, ut unusquisque
miretur se in diuina Scriptura posse
inuenire ueritatem quam mente
conceperit; et per
hoc etiam contra infideles facilius
defendatur, dum si aliquid, quod quisque
ex sacra Scriptura uelit intelligere,
falsum apparuerit, ad alium eius sensum
possit haberi recursus.

Thomas de Aquino, *Quaestiones
disputatae de potentia Dei*, 4, 1 (P.M.
Pession ed., Rome, 1965, p.105).